

Divi Thomae Aqvinatis Doctoris Angelici Opera Omnia

Summa diligentia ad exemplar Romanæ Impreßionis restituta

Complectens Tertiam Partem Summæ Theologiæ. Cum Commentariis
Reuerendiss. D. Thomæ de Vio Caietani Cardinalis S. Sixti, Et Opvcvlis
Eivsdem In tres Tomos distinctis

Thomas <von Aquin, Heiliger>

Venetiis, 1593

2. Vtrum fuerit Virgo in partu.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-72797](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-72797)

da iugur probatio
in se quidem vera
est : nam quidlibet
naturale agens sicut
ad unum terminum,
ita quid non ad
oppositos nec
disparatos, est deter-
minatum ex unita-
tis sue naturae , ita
sicut ad unum mo-

ipsa copulatione coniugii: mul-
to uidelicet coniunctus, quam
si esset aliunde adoptatus. Neq;
enim propterea non erat appell-
andus Ioseph pater Christi, ga-
non cum generat concuben-
do: quando quidem pater esset
etiam ei, quem non ex sua
coniuge pcreatū, aliude adoptasset.

A D 11. dicendum, quod si-
cut Hiero. dicit * super Matthæ,
cum Ioseph non sit pater domi
ni saluatoris, ordo generationis

in iudicioris, ordo generationis eius usque ad Ioseph datur. Primo quidem, quia non est cō B
suetudinis scripturarum, ut mulierum in generationibus ordo textur. Deinde ex una tribu fuit Ioseph, & Maria, unde & lege cā accipere cogebatur ut propinquam. Et ut August. * dicit in libro de Nuptiis & concupiscentia, fuit generatione serientes usque ad Ioseph perducenda, ne in illo coniugio uirili sexui utique potiori, fieret iniuria, cum ueritati nihil deperiret: quia ex semine David & Ioseph erat & Maria.

A D 111 dicendum, quod sicut Gloss. * dicit ibidem, mulierem pro femina posuit, more locationis Hebraeorum, usus enim Hebreæ locationis mulieres dicit, non virginitate corruptas, sed feminas.

Ad iii. dicendum, quod ratio illa habet locum in his, quae procedunt in esse per viam naturae: eo quod natura sicut est determinata ad unum effectum, ita etiam est determinata ad unum modum producendi illum; sed virtus supernaturalis divina

sed virtus supernaturalis diuina cum sit infinita, sicut non est determinata ad unum effectum, ita non est determinata ad modum producendi quenquamque effectum. Et ideo, sicut virtute diuina fieri potuit, ut primus homo de limo terre formaretur, ita et fieri potuit, ut diuina virtute corpus Christi formaretur de Virgine absque virili semine.

AD QVINTVM dicendum, φ.
secundum Philosophum * in
lib.de generatione animalium,
semen maris non est sicut mate-
ria in conceptione animalis, sed
solum sicut agens: sola autem fe-
mina materiam subministrat
conceptui. Vnde per hoc, quod
semen maris defuit in conce-
ptione corporis Christi, non se-
quitur, quod defuerit ei debita
materia. Si tamen semen maris
est materia foetus concepti in
animalibus, manifestum tamen
est, qd non est materia pmanes
in eadē forma, sed materia trāsl-

mutata. Et quamuis uirtus natu-
lis non posset transmutare ad cer-
tam formam, nisi determinatam
materiam, uirtus tamen diuina
que est infinita, potest transmuta-
re omnem materiam in quam-
cumque formam. Vnde sicut trās
mutauit lignum terre in corpus
Adæ, ita in corpus Christi tran-
mutare potuit materiam a matre
ministratam, etiam si non esset iufi-
ciens materia ad naturalem con-
ceptum.

ARTICVLVS II.

AD SECUNDVM sic proceditur. Videtur, quod mater Christi non fuerit uirgo in partu. Dicit enim Ambrobus *super Lucam, Qui uulam sanctificauit alienam ut nascetur propheta, hic est qui aperuit matris suae uulam, ut immaculatus exiret: sed aperito uulue virginitatem excludit: ergo mater Christi non fuit uirgo in partu.

¶ 2 Præterea. Nihil in mysterio Christi esse debuit, per quod corpus eius phantasticum appareret: sed hoc non uidetur uero corpori, sed phantastico conuenire, ut possit per clausa transire, eo quod duo corpora simul esse non possunt. non igitur debuit ex matris utero clauso corpus Christi producere: et ita non decuit, quod esset uirgo in partu.

¶ Præterea. Sicut Grego. * dicit
in homil. octauarum Pâche , per
hoc quod ianuis clausis ad disci-
pulos post resurrectionem intra-
uit dominus , ostendit corpus
suum esse eiusdem naturæ & alte-
rius gloriae. Et sic per clauia transi-
re , uidetur ad gloriam corporis
pertinere: sed corpus Christi in sua
conceptione non fuit gloriosum;
sed passibile , habens similitudinem
carnis peccati, ut Apostolus dicit
Romanorum octauo . non ergo
exiuit per Virginis uterum clau-
sum .

SED CONTRA est, quod in quodam sermone Ephesini concilii dicitur, Natura post partum nescit ulterius virginem: gratia uero & parentem ostendit, & matrem fecit, & uirginitati non nocuit. fuit ergo mater Christi uirgo in parti.

RESPON. Dicendum, quod
absque omni dubio asserendum
est matrem Christi etiam in parti
uirginem fuisse. Nam Propheta
Tertia S. Thoma.

etiam satisfacit literae: quia unica transmutatione, utpote in instanti Spiritus sanctus sanguinem beatæ Virginis transmutauit in corpus Christi. Et conformat philosophie tradent quid illud proprie dicunt agens posse, ut proprium effectum, & ut in propriam materiam, qd unica transmutatio potest educere de potentia in actu, ut patet 9. Metaph. Si nero animatus quoque, sed secundum subiectam materiam, pura in materia animatorum intelligitur, confitat cui denter veram esse: sed argumento universaliter non satisfacit particularis responsio: quamvis satisficiat materia particulari, de qua est questionis. Et ideo haec responsio indigna Auctore videatur.

¶ Super questionis
28.articulum secun-
dum.

TItulus clarus est.
In corpore duo sunt. Primo, responderunt quatuor: Beata virgo fuit uirgo in partu. Propterea auctoritas illaria. Secundo, triplicem rationem convenientem assignat, que clare patent in litera. Nouitij tamen percipiunt pro prima ratione, quod

in ratione, quod a p[ro]p[ter]a
concepio, uerbi in
corde, & p[ro]cessio uer-
bi ex corde non sunt
duo progressus: sed
ad exprimendas di-
uersas conditio[n]es
habituidinis uerbi ad
intellectum, diuer-
sa alinhabetur ratio-
nes: uerbum enim
cordis, hoc est conce-
pus quem format
intellectus cum rem
aliquam intelligit, &
manet incus in in-
tellectu, dum res actu
intelligitur & distin-
guitur ab intellectu
a quo emanat. Dum
enim ego intelligo
me ad imaginem Dei
esse, formo simulacrum
de meipso ad
imaginem Dei: & si-
militer cum intelli-
go me peccatorem,
formo simulacrum
de meipso peccato-
re: & sic de alijs. Il-
lud autem simulacrum
Q[uod] 2 quod

QVAES T. XXVIII.

quod conceptus, quod uerbum appellatur, non extra mentem meam, sed in mente mea manet. Et similitudinari dicuntur concipi in corde & nasci ex corde: quia proles, dum in utero concipiatur in vtero manet: & dum ex utero nascitur, a matre distinguuntur perfecte. Simili siquidem modo, quia uerbum cordis in corde prolatum manet, concipi dicitur: & quia a corde prolatum perfecte distinguuntur accidentia sublata natura, ideo nasci dicitur ex corde. Vbi videre potes, quod conceptio natuitasque uerbi in, & ex corde, unus processus est, diuerfa nomiisibus diuerfa ratione appellatus & quod nec in conceptu nec in ortu suo mentem, in qua, & ex qua procedit, corrumpit, ut in synodo allata in litera dicitur.

In responione ad tertium aduertit, quod Auctor doctis nomine appellat & ipsam rem, quae dos dicitur, & modum eiusdem, hoc est rem tamen, non puta per modum immanantis, ut ipsam inferius manifestabitur, quæstio ne quadragefimaterita, articulo 2. Et cum ex duplice capite potuisse reprehendi positio Hugonis de sancto Victo. scilicet ex hoc, quod non spectat ad subtilitatem dotem, duo corpora esse simul in eodem loco: unde nec corpora gloriose ex sua proprieate poterunt simul esse in eodem loco, & ex hoc, quod in corpore animali non inueniuntur dos, quia non inueniuntur anima gloriose redundantia simpliciter ad corpus; quantum in allegato loco dicitur, inueniri possit miraculose redundantia secundum quid, maluit tamen Auctor ex ipsa doti ratione, in ne hic procedere, quam in illam disputationem aliam introire.

In Lue.
ca. 8. secundum eius or-
dinem to. 2.

In hymno
cantur in
welperis na-
talis domini.

non solum dicit, Ecce virgo concipiet sed etiam addit, Et pariet filium. Ethoc quidem conueniens fuit propter tria. Primo quidem, quia hoc competebat proprietati eius, qui nascetur, qui est uerbum Dei. Nam uerbum non solum in corde absq; corruptione concipitur, sed etiam absque corruptione ex corde procedit. Vnde vt ostendetur, quod illud esset corpus ipsius uerbi Dei, conueniens fuit vt de incorrupto uirginis utero nascetur. Vnde in sermone quodam Ephesini concilij legitur, Qua parit carnem puram, a virginitate cessat: sed quia natum est carne uerbum, Deus custodit uirginitatem, seipsum ostendens per hoc uerbum. Ne que enim nostrum uerbum cu[m] paritur, corruptum mentem: ne que Deus uerbum, substantiam partem eligens, permit uirginitatem. Secundo, hoc est conueniens quantum ad effectum incarnationis Christi. Nam ad hoc uenit, ut nostram corruptionem tolleret. unde non fuit conueniens, ut uirginitatem matris, nascendo corrumperet. Vnde Augustinus. † dicit in quadam sermone de natuitate domini, Fas non erat, ut per eius aduentum uiolaretur integritas, qui uenerat sanare corrupta. Tertio fuit conueniens, ne matris honorem nascendo diminueret, qui parentes præceperat honrando.

AD PRIMUM ergo dicendum, quod Ambros. dicit hoc, exponiens illud, quod Euangelista de lege induxit, Omne masculinū adaperiens uoluam, sanctum dominio uocabitur: quod quidem, ut Beda dicit, confutat natuitatis more loquitur, non quod dominus sacri uentris hospitiū, quod ingressus sanctificauerat, egressus de uirginis credendum sit. Vnde illa adaperio non significat reserationem cōmūnē claustrī pudoris uirginis: sed solum exitum prolis de utero matris.

AD SECUNDUM dicendum, quod ita Christus uoluit ueritatem sui corporis demonstrare, q[uod] etiam eius diuinitas declararetur. & iō pmisicuit mira humilibus. Vnde ut corpus eius uerum ostendetur, nascitur ex semina: sed ut ostenderetur eius deitas, processit ex uirgine: talis enim partus decet Deum, ut Ambrosius dicit in hymno * Natiuitatis.

AD TERTIUM dicendum, quod qui dam dixerūt Christum in sua na-

tuitate dotem subtilitatis assumpsisse, sicut quando ambulauit siccis pedibus super mare, dicunt enim assumpsisse dotem agilitatis: sed hoc non conuenit his, quæ supra determinata sunt: huiusmodi enim dores corporis gloriōsi prouenient ex redundantia gloriae animæ ad corpus, ut infra * dicetur, cum tractabitur de corporibus gloriōsis. Dicunt enim autem * supra, quod Christus ante passionem permisit carnis sua agere, & pati quæ propria, nec fieri battalis redundantia gloriae ab anima ad corpus. Etideo dicendum est, quod omnia ista facta sunt miraculose per virtutem diuinam. Vnde Augustinus † dicit super Iohannem. Moli corporis ubi diuinus meditaserat, ostia clauſa non obſliterunt: ille quippe non eis apertis intrare potuit, quo nascente uirginis matris inuolata permanuit. Et Dionysius * dicit in epistola, quod Christus super hominem operabatur ea, quæ sunt hominis, & hoc monstrat. Virgo supernaturaliter concipiens, & aquainstabilis, terrenorum pedum sustinens grauitatem.

ARTICVLVS III.

Vtrum mater Dei permane-
rit uirgo post par-
tum.

T Itulus clarus
eft.

A D TERTIVM sic proceditur. Videtur, quod mater Christi non permanerit uirgo post partum. Dicitur enim Matthæi. Antequam conuenirent Ioseph & Maria, inuenta est in utero habens de Spiritu sancto, non autem euangelista diceret, antequam conuenirent, nisi de conuenturis, quia nemo dicit de non praesuro, antequam pranderet. ergo uidetur quod beata uirgo quandoque conuenierit carnali copula cum Ioseph. & ita non permanescit uirgo post partum.

T 2 Præter. Ibidem subditur ex uerbis angelii loquentis ad Ioseph; Nec timeas accipere Mariam coniugem tuam. Coniugium autem confluatur per carnalem copulam. ergo uidetur quod quandoque carnalis copula iteruenerit inter Mariam & Ioseph; & ita uide quod non permanerit uirgo post partum.

T 3 Præter. Ibidem post pauca subditur: Ei accepit coniugem suam, & non cognoscet eam donec peperit filium suum primogenitum. Hoc autem aduerbiū, donec confuetus determinatum tēpus signare, quo impleto fiat id, quod usque ad illud tempus non fiebat. Verbum autem cognoscēdi ibi ad coitum refertur, sicut & Genes. quarto dicitur, quod Adam cognovit uxorem suam. ergo uidetur, quod post partū beatissima fuerit carnalitera Ioseph cognita. ergo uidetur quod non permanerit uirgo post partum.

* Preter.

T In response ad sextum, vide quod etiam diversus in euangelio situus descripsit matris Iesu, & Mariae Iacobi, distinguunt illas, nam ista a longe illa iuxta crucem delicitur.